Niemyje Cessio

Coram officio et Actis Capitaneal. Castren. Braunscen. personaliter comparens Nobilis Agnes vetrix consors olim Nobilis Benedicti Toczyski in Niemyje Reformatoria possessor a foro proprio suo iurisdictioneque sua quavis spiria competenti recedendo huic vero se foro castren. Capitan. Branscen. incorporando sana mente et corpore existens palam libere recognovit Quia Nobili Joanni olim Bartholomaei Niemyski de Niemyje antiqua haeredi de Omni et integro iure Suo seu inscriptione certa sibi re cognoscens per olim memoratum Benedictum Toczyski maritum suum in medietate bonorum suorum modo Reformatorio coram Actis Tribus Drohicziensis feria Quarta ipso festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Tertio transacto Super summam Sexaginta Sexagenarum pollon. dotis et addotalitii Agneti Sexagenarum modo reformatorio facta et recognita acceptis tantum Quadraginta Sexagenis pollon. cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione possessione et omnibus beneficiis iuris coram et de bonis sal- va commansione in Strabio et Holodzo generosi olim mariti sui praecustodita condescendit. N.

Dołęga et Szepietowski Quietatio

Coram Officio et Actis praesentibus Capitaneal. Castren. Branscen. comparentes personaliter Nobiles Petrus olim Salomonis Dołęga et Anna filia olim Stani slai Cyborowski consors eiusque Nobilis Salomonis Dołęga praefati mariti cum eiusque mariti sui viti tutoris coniugalis personali assistentia et consensu praesentes suo et Nobilis Marianna Dołęganka filia sua a qua de rato et grato in forma iuris plenissima Caventes sani mente et corpore existentes palam publice libereque recognoverunt Quia Nobiles Michaelem olim Alberti Dołęga et Benedictum olim Joannis Szepietow ski de omnibus causis et actionibus item et protestatione per se reco gnoscentes coram Actis praesentibus Super eosdem Ratione sui convulne rationis et praefatam filiam suam facta ac vulneribus quibusvis inscri ptis et non inscriptis ob initam inter se transactionem quietant liberant et liberos faciunt Protestationem eo nomine factam una cum obductione vulnerum cassant annihilant et mortificant perpe tuis temporibus

Dołęga Debitum

Coram officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Branscen. comparens personaliter Nobilis Michael olim Alberti Dołęga Sanus mente et corpore existens palam publice libereque recognovit Quia Nobili Petro olim Salomonis Dołę ga et ipsius posteris teneri ac debere simplicis realisque debiti su mmam Quadraginta quinque florenos pollon. hinc et ab actu praesenti festo Nativ.

[illegible] in Festum Gloriosae Virginis Mariae proxime venturum persolvere [illegible] tenia solvere de omnibus bonis eius posteris suis inscribit sub vadio simili in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum submissionibus succumbendo. Et Coram officio praesenti in primo citationis termino tanquam peremptorio peremptoria responsione et satisfactione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus motionibus dilationibus quibusvis de earum prosequutionibus aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessis se et suos successores [illegible] bendo et advenientiam sub ammissione sua suorumque successorum totius et integrae causae.

Liszczaty — **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus Capitaneal. Castren. Branscen. personaliter comparens Nobilis Simon olim Pauli Liszczatowski de Liszczaty pro tunc haeres sanus mente et corpore existens palam libere vero recognovit Quia sibi Nobilis Matthias olim Stephani Liszczatowski de eadem Liszczaty haeres ex obligatione bonorum in villa Liszczaty [illegible] summam vero sexagenarum [illegible] per ipsum sibi inscriptam in toto ex integro et plenarie persolvit ideo ipsum quietat in perpetuo et de inscriptione eius toto effectu cassat annihilat perpetuo et de bonis ex nunc separationis condescendit.

Actum In Curia Regia Branscensi Sabbatho post Festum Purificationis Gloriosae Virginis Mariae proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

Karski filias — **Assecurat.**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscen. comparens personaliter Nobilis Adam Karski olim Nicolai in Matyszczyno haeres sanus mente et corpore existens palam publice et libere verbisque per expressissimis recognovit Quod Nobilis Margaretha ex olim Nobili Eva Iwanowska et Nobilis Helena [illegible] ex Nobili Sophia Zalewska secundi nuptiis consorte procreatis dum Deo Favente nuptui tradentur cuilibet earum per trecentos florenos pollonicales in paratis pecuniis et in paraphernalibus ac omni expeditione iuxta admonitionem amicorum in vim dotis de bonis Matyszczyno paternis et maternis legitime concernen. persolvere et reddere se de omnibus bonis eius posteris suis submittit ac inscribit sub vadio simili et Coram officio Praesenti in primo citationis termino peremptorio responsione et satisfactione omnibus iuris defensis de rei [illegible] et advenientiam